

- ① Examen (questionnaire)
- ② Summae theologiae divisio 2 pp mimeo.
- ③ Post lectam Q Iam notanda 1 p.
- ④ Utrum theol. subalternatur principiis naturalibus et quibus demonstrat
- ⑤ Theologia Una - 3 pp. + 2 pp. J. a S. Th. a. 6. 5 pp. man.
- ⑥ S. Thomas - Utrum praeter physicas disciplinas
alia doctrina sit homini necessaria } 2 pp mimeo
- ⑦ Ia, q. 1, a. 1 : Comment entendre le terme "doctrina"? 2 pp.
- ⑧ Pages brochées - miméographiées - (notes de cours)
Articles Primus pp. 32 ...
Secundus pp. 36 à 40.
Utrum theologia nostra subalternatur pp 41 à 45.
- ⑨ Petites feuilles 3 pp. - > Quia theologia est scientia ...

Terminatur scientiae beatae, et maneat cum illa.

Introduction à la théologie

EXAMEN

Veillez répondre à l'une des deux questions :

1. Credendum est quod Deus hoc vel illud dixit quia in Scriptura continetur, vel quia Ecclesia proponit. Sed unde scimus, aut unde nobis constat Deum dixisse ?
2. "Ad ea quae supra rationem sunt, homo non debet conari, secundum illud Eccli. III : "'Altiora te ne quaesieris"' . Sed ea quae rationi subduntur, sufficienter traduntur in philosophicis disciplinis. Superfluum igitur videtur, praeter philosophicas disciplinas, aliam doctrinam habere."

Ex ipso textu hujus difficultatis determinetur sensus "sacrae doctrinae" ;
et toti difficultati respondeatur.

Summae theologiae divisio.

Heretice extensione tam in

Quia Divi Thomae opera theologica tam philosopho quam theologo thesaurus sunt, necesse est nobis philosophiae studium proseguentibus theologiae methodum ordinemque tractatus bene cognoscere ut sciamus quomodo istis operibus utendum sit. Philosophiae enim cum theologia quam philosophiae errorum causa est, necnon superfluarum disputationum. Ad hanc pessimam confusionem expellendam ipse sanctus Doctor inter omnes maxime sese contulit, praesertim Aristotelen defendendo.

Cum autem Summa Theologica sancti Thomae opus completissimum sit, quamvis ipse tertiam ejus partem non complevit, et ordo tractatum omnino scientificus, istius operis divisio ante oculos ponenda est, etiam antequam ipsius sacrae doctrinae naturae ac methodo studemus.

Tertius Summae divisio breviter indicatur Ia, q.2.

Scientia theologiae "habet enim pro objecto Deum secundum ipsam rationem deitatis in omni sua amplitudine, id est, non secundum unum vel alterum attributum, v.g. secundum rationem sapientiae vel justitiae, etc.: sed secundum ipsam essentiam et rationem deitatis, omniaque ejus attributa, quam 'pelagus quoddam essendi immensum et infinitum' vocat Nazianzenus." (Joannes a s. Thoma, Curs. Theol., I, p. 145a)

Deus potest considerari sive in essendo, sive in causando. Quia vero theologus sub ipsa deitatis ratione procedit, non ex operibus ad eorum auctorem ascendit ut in philosophia fit, sed a Deo ad creaturas descendit. Theologi igitur consideratio absoluta est: primo Deus consideratur in seipso, deinde ut creaturarum causa.

Deus enim causa non est nisi relate ad creaturas. Sui ipsius causa non est, causa enim dicitur illud ex quo aliquid dependet secundum suum esse vel fieri. Nec relate ad creaturas omnimodo causa dici potest, sed solummodo finalis et efficiens. Causa enim materialis potentia est, causa formalis cum alio principio componens.

Primo igitur tractandum est de Deo in seipso, secundo de Deo ut causa, et hoc secundum "tres generales modos causandi, per quos totum theologiae ordinem patitur." (J. St, I, 1456)

Primo igitur de Deo ut causa efficiens secundo ut finalis, tertio ut reparans. Ratio hujus ordinis sic manifestatur: Creatura enim rationalis speciali modo ad Deum ordinatur ut in finem ultimum. Nam, ut dicit Divus Thomas, Q. de Ver., q.22 a.2: "sola creatura rationalis est capax Dei, quia ipsa sola potest ipsum cognoscere et amare explicite; sed aliae creaturae participant divinam similitudinem, et sic ipsum Deum appetunt." De quo etiam sanctus Bonaventura haec habet: "Deus enim universa propter semetipsum operatus est, ita quod, cum sit summa potestas et majestas fecit omnia

ad sui laudem, cum sit summa lux fecit omnia a d sui manifestacionem, cum sit summa bonitas fecit omnia ad sui communicationem. Non est autem perfecta laus nisi adsit qui approbet; nec est perfecta manifestatio nisi adsit qui intelligat, nec perfecta communicatio bonorum nisi adsit qui eis uti valeat. Et quoniam laudem approbare, veritatem scire, dona in usum assumere non est nisi solummodo rationalis creaturae; ideo non habent ipsae creaturae irrationales immediate ad Deum ordinari; sed mediante creatura rationali. Ipsa autem creatura rationalis; quia de se nata est laudare et nosse et res alias in facultatem voluntatis assumere; nata est ordinari in Deum immediate. Et quoniam quanto aliquid immediatius ordinatur a d aliquid, tanto magis convenit cum eo convenientia ordinis; et anima rationalis et quaelibet rationalis creatura, eo quod capax Dei est et particeps esse potest; immediate ordinatur in ipsum; maxime convenit cum eo convenientia ordinis. Et quia, quanto major est convenientia tanto expressior est similitudo, hinc est quod quantum ad hoc genus similitudinis rationalis creatura est similitudo expressa et ideo imago est." (II Sent., d 16. a.1, q.1, c.)

Unde " Deus finalizat: non solum tamquam in finis universalis omnium creaturarum.....; sed multo principalius tamquam in finis particularis creaturarum rationalium, a quibus assequibilis est et fruibilis per actus intellectus et voluntatis; et hoc modo res non tam procedunt a Deo quam regrediuntur ad Ipsum, a quo processerunt. Sed quia rationalis creatura deficiendo a propria dignitate expr peccatum, fit similis creaturis irrationalibus in non perveniendo ad Deum, sed sistendo in fruitione boni creati cum aversione a Deo-- si quidem homo in honore esset, non intellexit; comparatus est jumentis insipientibus; et similis factus est illis (Psal. XLVIII, 21)--: idcirco, tertio modo causat et operatur Deus ut reparator peccatorum, qui sunt defectus ab ultimo fine, quos solus Deus reparare potest; quia sicut decidere a primo efficienti; quod est annihilari; solus Deus reparare potest, qui portat omnia verbo virtutis suae; sic deficere ab ultimo fine; quod est peccare, solus Deus reparare potest, qui purgationem peccatorum facit; haec enim duo opportune conjunxit Apostolus in Filio Dei (ad Hebr.) dum inquit; Qui cum sit splendor gloriae, et figura substantiae ejus, portans omnia verbo virtutis suae, purgationem peccatorum faciens, etc. In eo enim quod portat omnia causalitas efficientis: in eo vero quod purgationem peccatorum facit, reparatoris officium designatur.

Igitur Divus Thomas juxta hanc triplicem considerationem Dei causantis, scilicet ut principium effectivum, ut beatitudo finalizans, ut Salvator reparans, divisit totam doctrinam Summae Theologiae: ut patet in initio secundae quaestionis hujus primae partis. Et sic a Deo in se et in essendo per Deum efficientem, et finalizantem, et salvantem, regreditur ad Deum, ut fruendum in se in ultima gloria resurrectionis; quod est plane aureum theologiae circulum complere, quem divina S. Thoma e Summa circumgyrat." (J. S.T., ibid, p.146),

Post lectam Q. Tom notanda

A.

1. Primo vidimus quo defenduntur principia theologiae J. Th., C. Th., I, disp. Hujus disputationes oportet ^{no} cognoscere,

de necessitate
sacrae doct.

art. I, omnia

art. II, nn. 1, 2, 3.

art. III, nn. 1, 2, 3.

B. ~~Quid intelligitur "sacra doctrina"~~
1. Quid Caj. de acceptione "sacrae doct." in a. 1^o D. Thae. Textus Caj.:

2. Quid Joannes: text. disp. II, a. 1.

3. Defensio Joannis: Notulae, pp. 1 ad 7 ind., cum a. 1, Prot. 2^o Sent.

C. Alia notanda in hanc Tom Quast. Iae Partis: Alia haec quae sufficiunt ^{cognoscere} _{ad exam}

1. ^{ergo a. 1^m} Quod fides ex qua theol. deducit conclusiones non est fides more humana, sed supernaturalis infusa. ut Joannes, a. 2^o disp. II.
Ergo, ~~haec~~ non potest esse theologus.

2. Circa a. 2^m D. Th.: utrum verum sit:

~~Quaestio~~
~~Nota~~ notanda:

(1) Quod ratio scientiae salvatur in certitudine: cognitio vera per causas. Petit tamen evidentiam in seia cui subalternatur. Et sic apponit confirmationem cum subalternante.
Hic, cf. Notulas pp. 36, § 6 et c.

[Theologia ut in beatis, vere et proprie est scientia: cf. J. disp. II, a. 3, n. 3.]

(2) Quanta sit certitudo theologiae conclusionis sine definitione Ecclesiae vel ^{aut illa}.
cf. J., a. 4, vel Notul.: pp. 38-40.

(3) utrum theol. nota subalternetur seiae beatae: cf. Not. p. 41-45.

[(4) utrum maneat: cf. J. p. 365, n. 12 et sp.]

3. utrum naturalis vel supernaturalis? cf. concl. J. 385, n. 3.

4. In art. 9^a de Metaphis: Quid poens.

Utrum theol. subalternetur principiis naturalibus ex quibus demonstrat.

S. a S. Th. a. 6

— 1. Duplex demonstratio theol. :

{ una ex duabus premissis de fide
{ alia ex una de fide, altera naturali.

— 2. Duplex problema:

{ utrum conclusio ex una praemissa de fide et altera naturali
unam et alteram recipiat ex aequo, ita ut ^{etiam} lumen
naturale quo praemissa naturalis nota est per se ~~et~~
directe influat in illam conclusionem.
Ita ut, quando eadem conclusio deducitur ex duabus
praemissis de fide, mutetur lumen et assensus talis scientiae
utrum theologia, in quantum utitur principiis naturalibus ad
conclusiones suas inferendas, subalternetur scientiis naturalibus
ex quibus ista principia desumit.

— 3. Ad solvendum difficultates, determinari debet

(a) In quo consistat formalis ratio subalternationis.

(b) Qua ratione theologia utitur principiis naturalibus.

Circa primum dicendum quod scientia aliqua ^{dupl. iter} potest uti mutuari
principia alterius scientiae, seu principia extranea:

1° ad procedendum ex eis tamquam ex extraneis, ut quando
naturalis utitur principiis metaphysicis quae in metaphysica
probata sunt tamq. conclusiones.

2° ad resolvendum in principia per se nota: et hoc contingit quando
aliqua scientia ex propriis principis et intrinsicis non potest
resolvere in principia per se nota, ~~in ipso~~ ita ut in ipsa
non habeant evidentiam, et ~~quod~~ pro evidentia suorum
principiorum debeat recurrere ---- unde ipse dependet,
non quocumque modo, sed ad evidentiam faciendam
de propriis principis.

Et sic dependet ab aliena quantum ad propria. Et in hac
dependencia et non consistit formalis subalternatio: i. e. in
dependencia circa ipsa propria principia, non formaliter
circa conclusiones. Et sic theol. scientiae beatae.

Et circa primum modum mutuandi principia extranea, hoc ~~etiam potest~~
~~dupliciter fieri potest~~ etiam duplici ratione fieri potest:

— Sive quia aliqua scientia quaedam supponit in superiori
scientia probata, ut phil. naturalis quaedam supponit
in metaphysica probata: et sic dependet a scientia
superiori, sed non gnt ad propria principia. V. p. in
tractatu naturali de anima, multa supponuntur de
natura intellectus ut sic, ad manifestandum
quaedam intellectui humano propria. Sed, inde non sequitur
subalternatio. Recurrit enim naturalis ad metaphysicam,
non pro evidentia de intellectu humano ut sic, sed pro evidentia
de intellectu ut sic. Secus, intellectus humanus esset unum
per accidens. — Et hoc modo omnis scia inferior → superioris.
Et tamen inde non sequitur subalternatio: secus omnes
scientiae infer. essent superioribus subalternatae. [Et si
hoc verum esset, posset ulterius ostendi quod omnes scientiae
essent una scientia, et sic destrueretur omnis subalternatio].

Talis est primus modus mutuandi extranea ut extranea: scil. no
~~est~~ scientiae inferioris proprius. ~~nam~~ Et in hoc non,
scia inferior dependet formaliter a lumine sciae superioris.

— Secundus modus mutuandi principia alterius scientiae est
proprius scientiae superioris relate ad scientias inferiores.
Et hic modus proprius est sapientiae. Sapientia enim de
omnibus iudicat, non solum de conclusionibus omnium scientiarum
sed etiam de principis. Considerat igitur sapientia principia
et conclusiones inferioris scientiae iudicando ea et defendendo
lumine sapientiae proprio. Et sic praebet principis et
conclusionibus certitudinem relate ad quam principia et
sunt tamquam materia. Et sic scientiae inferiores materialiter

Sapientia autem, non solum iudicat de principiis scientiae inferioris, sed etiam utitur eis.

Adhuc respondendum

~~Sed~~ hic notandum est quod, quando sapientia utitur principiis scientiae inferioris, non utitur eis quasi formaliter ex. dependens: ~~et~~ sic enim non esset superior, non esset sapientia sed utitur eis in quantum ab ipsa iam iudicata sunt et in quantum subsunt lumine sapientiali.

Ergo, sapientia non ~~subordinatur~~ ^{non} subordinatur scientiae cuius principiis utitur, quia, in quantum sapientia est non utitur eis nisi in quantum iam elevata sunt iudicio sapientiali. ~~Et sic, utitur~~ Et hoc iudicio quasi formati utitur principiis. Ut in exemplo servi quo utitur magister. Utitur enim eo in quantum formati est a magistro ad obediendum magistro. Et sic servus habet efficaciam a magistro qui utitur eo. Servus ergo servat ut servus in quantum movetur ex imperio magistri, non in quantum proprio imperio movetur. Proprium eius imperium habet a rectitudinem servitudinis in quantum subiicitur imperio magistri: et ex ~~hunc~~ huius imperio habet eius proprium imperium bonitatem in ratione servitudinis.

Et haec proprietas sapientiae omnino notanda est. Quia, si sapientia non potuisset uti scientiis inferioribus sine subordinatione — nulla esset sapientia. Sapientia enim ex sua ratione, una est, et quia una est, ideo potest ad omnia extendi. ~~et per consequens~~

Unde, in sapientia haec duo inseparabilia sunt: unum scilicet ex parte sapientiae, et "omnia" ex parte eorum de quibus est.

Ergo, si manifestatio a sapientia facta, formaliter dependet a lumine inferiori, lumen sapientiae plurificatum esset, et sic sapientia esset intrinsece multa, quod est contra rationem sapientiae.

Et ideo Heraclitus dixit quod sapientia una et et separata.

Negatio autem ~~expressive~~ unitatis sapientiae ~~supponit~~ ponit dualitatem absolutam tam in rebus quam in cognitione rerum: et sic fundat platonismum et averroismum.

Tamen multiplex est sapientia:

Metaph.

Phil. nat. quomodo sapientia est in genere scientiarum natural. — Sed sec. quid.

Theologia

Metaph. simpliciter in genere speculabilis.

Prudentia politica in genere practici.

Met. simpliciter quia de omnibus. Sed tamen ratio ejus limitata est: scil. ens in quantum ens. Et quomodo omnia ad seum: non tamen attingit eum nisi sub ratione entis.

Theol. etiam de omnibus: et profundius: quia procedit sub ratione deitatis.

Et sic una sapientia alteri subordinari potest: et una potest esse in illa alterius. Quando autem Sap. sup. utitur sapientia inferiori, non utitur nisi in quantum inferior judicata et illuminata est a superiori. Et sic non dependet ab ea formaliter.

Adde tamen quaedam dependentia tam in Met. quam in theol. nostra: materialis scil., sicut artifex dependet a materia.

Et talis dependentia invenitur in theologia nostra ex philosophia.

Et sic distinguitur Sap. nostra theol. a sapientia divina.

Sed tamen omnino notandum quod ista dependentia homini materialis esse potest, secus non est sapientia.

Nunc D. Thomas. (Joa. 369 b)

Nunc JSTh. 370 a n. 8.

Et sic responsum & ad ^{Primum de subalternatione.} ~~secundum problema.~~

Nunc ~~primum~~ ^{qua ratione Arist. utitur principia naturalibus:} Quomodo influat principium naturale:

- sive ut causa principalis.
- sive ut causa ministerialis.

Quaestio difficilis est: et ambo dici possunt, ita ut circa
hoc Thomae diversi non sint. cf. J. Sth. 371 a & a & b. → n.
usque 12.

Unde p. 372 a, n. 16.

19. Q

Theol. una

1. ^{theol. ut} Hic de scia. - ^{Prob. ab habitu sc.} Hic de specific. & parte O. & ratione formali ^{non de habitu et tenore & parte} attinendi illud.
- Theol. respicit veritate per discursum deductas et virtualiter seu mediate revelatas. ^{Ex revelatis deductum est idem quod virtualiter est}
2. ^{1°} Num omnes ejus assensus sint ejusdem speciei formaliter, an diversi sub diversi speciei ^{alio et alio lumine, ~~ratione~~ aggregati.}
- 2° Si unius speciei, quatenam sit ratio formalis specificationis.
- N. Dist. { - ratio formalis sciendi seu assentiendi una circa plures res representatas.
- " " representandi sive in ipsis speciebus conceptibus, sive in speciebus, quibus utitur scientia. Haec representatio potest esse multiplex secundum diversitatem rei representatae. Sed ratio formalis una esse potest circa plures res representatas.

3. Ratio formalis quae et sub qua.

- Hic art. 3° d. Th: unitas theolae ex unitate rationis formalis; revelatio divina virtualiter
- Sed de quonam ratione formali? Hic Cf. Cajet. a. 3, nn. III-
- Quae: ut color respectu visus (vel lumen ut objectum).
- Sub qua: ut lumen respectu visus (vel color ut lucidum).
- Revelatio non est res cognita tanquam ratio quae, sed tanquam sub qua:
Quia enim theol^a attingitur sub ratione revelati virtualiter, non ipsa revelatio et quae attingitur
- Quid explicanda hic ratio sub qua?
- lumen formalitas seu lumen intrinsecum ipsi habiti sc^a quae specificatur ab obj^o et tendit in illud. (Bañez)
- X - lumen sumenda ex ipso medio quo procedit ad probandum et manifestandum suas conclusiones: i. e. praemissae ut dispositae ad inferendum: sic constituitur lumen non simplex, se illativum seu scientificum.
- lumen ex diversa abstractibilitate & immaterialitate O.

I

1. Theologia recipit omnes suas conclusiones ut virtualiter revelatas.
Sed revelatio virtualis est una ratio formalis.
hypo Theol. est una scia.

2. Theol. est una, sive procedat ex utraque praemissa de fide
" " " una de fide, sive altera naturali.
ad 1^m: Concl. solum virtualiter revelata ratione naturali discussus.
ad 2^m: patet ex c. praecedenti: Concl. illata non continentur in
praemissa naturali ut absolute naturalis est, sed ut
participans de certitudine supernaturalis praemissae.

3. Theol. est una, sive venietur circa spec., sive circa practica.
Lumen pietatis semina & unitate principiorum.
Atqui, omnia ad quae ex vi principiorum potest aliqua scientia extendi,
sunt unitate unius luminis continentur.
Atqui theol. ex iisdem principis venietur circa spec. et pract.
hypo.
Prob.: Theol. est simul spec. & practica
Scriptura, continet princ. revel. & quibus Theol.: sed illi et sp. et pra

II Ratio formalis sub qua est divina revelatio virtualis

D.Th. hic de ratione sub qua. Patet ex art. 70. "Sub cuius ratione
attinguntur" est ratio formalis sub qua.

1. Revelatio virtualis est ipsa ratio formalis sub qua, seu ultimo specificativo Th

Prob. ex D.Th. hic de 1^a Ser.: "considerat aliqua secundum quod sunt
divinitus revelata."
a. de theol.: "omnia quaecumque sunt divinitus
revelabilia." Haec enim virtualiter
seu potentia revelata sunt.

b. Etiam art. 70 et 1^a Th. 37^a b 11 bis. 12.

2. Quoniam requiruntur, ut virtualis revelatio sit formalis ratio theologiae.

Ad rationem formalem assignandam 2 debent concurrere:

1^o intelligibilitas objⁱ sumpta ex abstractibilitate a materia:
et haec abstractibilitas seu immaterialitas non est ipsa
ratio formalis, sed sol^o principium ex quo sumitur ratio
formalis cognoscibilitatis objecti in linea intelligibili.

2^o debet constituere manifestationem intelligibilem, non
modo simplici, sed modo illativo et scibili: quia
scia manifestat deducendo unum ex alio.

JSTL. 378a / a" & b"

1. In articulo tertio, quaeritur utrum sacra doctrina sit una scientia.

Difficultates circa hanc quaestionem oriuntur ex hoc quod theol. tractat

de tam diversis ut

- de deo et creaturis
- de iis quae in phiis tractantur scientiis
specificis distinctis ut metaph. & phiis nat.
- de speculativis et de moralibus.

Quibus additur (ut apud S. Th.) illa specialis difficultas de ratione
formali: utrum scilicet revelatio virtualis sit ratio formalis quae vel
" " sub qua.

Et quia tota resolutio dependet ex hoc ultimo,

~~sed~~ distinguimus rationem formalem "quae" et rationem formalem sub qua.

Ratio formalis hic sumitur pro lumine manifestativo ratione cuius
assentimur veritatibus deductis in theologia. ~~Et ideo dicitur~~
~~ratio sub qua.~~

Potest autem haec ratio considerari in se: et tunc dicitur
ratio sub qua.

Quando vero ista ratio consideratur ut afficit ipsam rem quae
consideratur, tunc dicitur ipsa res sic effecta, ratio quae.

Et sic patet quod eadem res potest habere aliam et aliam rationem
formalem secundum quod sub diversis luminibus consideratur: ut
deus in metaph. et in phil. naturali. Nam deus est objectum
attingibile a naturali ut motor, seu ut causa movens.

Et ideo distinctio scientiarum non sumitur a parte rei absolute:
sumitur a parte rei secundum quod attingibile est ut objectum:
et id quo res attingibilis a tali vel tali scientia dicitur
ratio quae (i.e. quae in re attingitur quasi pars constitutiva
rei et quae obicitur in scia); lumen autem sub quo attingitur
dicitur ratio sub qua.

Ex his sequitur resolutio:

1^o diversitas rerum non dividit scientiam.

2^o diversitas rationum formalium "quae" non diversificat res: seu in
met. et in nat. idem: sed ratio quae attingitur et diversa.

3^o diversitas scientiarum sumitur a ratione formali sub qua.

Ergo, si ratio formalis sub qua theologiae una et unitate specifica,
ipse theologia et scientia una unitate specifica.

cf. JST. 377, a, n. 10.

Utrum theologia sit supernaturalis scientia, vel naturalis. / ad. vii /
p. 384.

ARTICULUS I.

Utrum praeter physicas disciplinas alia doctrina sit homini necessaria.

Ad primum sic proceditur. 1. Videtur quod praeter physicas disciplinas nulla sit homini doctrina necessaria. Sicut enim dicit Dionysius in Epistola ad Polycarpum, § 2, col. 1079, t. I, "philosophia est cognitio existentium in philosophia determinatur; quia de Creatore et creaturis, tam de his quae sunt ab opere naturae quam de his quae sunt ab opere nostro. Sed nulla doctrina potest esse nisi de existentibus, quia non entis non est scientia. Ergo praeter physicas disciplinas nulla doctrina debet esso.

2. Item, omnis doctrina est ad perfectionem: vel quantum ad intellectum, sicut speculativae, vel quantum ad effectum procedentem in opus, sicut practicae. Sed utrumque completur per philosophiam, quia per demonstrativas scientias perficitur intellectus, per morales affectus. Ergo non est necessaria alia doctrina.

3. Praeterea, quaecumque naturali intellectu possunt cognosci ex principiis rationis, vel sunt in philosophia tradita, vel per principia philosophiae inveniri possunt. Sed a perfectionem hominis sufficit illa cognitio quae ex naturali intellectu potest haberi. Ergo praeter philosophiam non est necessaria alia doctrina. Probatio modica. Illud quod per se suam perfectionem consequitur, nobilius est eo quod per se consequi non potest. Sed alia animalia et creaturae insensibiles ex puris naturalibus consequuntur finem suum; quamvis non sine Deo, qui omnia in omnibus operatur. Ergo et homo, cum sit nobilior eis, per naturalom intellectum cognitionem sufficientem suae perfectioni habere potest.

Contra, Hebr., XI, 6: Sine fide impossibile est placere Deo. Placere autem Deo est summe necessarium. Cum igitur ad ea quae sunt fidei, philosophia non possit, oportet esse aliquam doctrinam quae ex fidei principiis procedat.

Item, effectus non proportionatus causae, imperfecto ducit in cognitionem suae causae. Talis autem effectus est omnis creatura respectu Creatoris, a quo in infinitum distat. Ergo imperfecto ducit in ipsius cognitionem. Cum igitur philosophia non procedat nisi per rationes sumptas ex creaturis, insufficiens est ad Dei cognitionem faciendam. Ergo oportet aliquam aliam doctrinam esse altiorom, quae per revelationem procedat, et philosophiae defectum suppleat.

Nota quod effectus hic comparatur fidei, quatenus effectus est ex quo.

SOLUTIO. - Ad hujus evidentiam sciendum est, quod omnes qui recte senserunt posuerunt finem humanae vitae Dei contemplationem. Contemplatio autem Dei est duplex. Una per creaturas, quae imperfecta est, ratione jam dicta, in qua contemplatione Philosophus, X ETHIC., cap. IX, felicitatem contemplativam posuit, quae tamen est felicitas viae; et ad hanc ordinatur tota cognitio philosophica, quae ex rationibus creaturarum procedit. Est alia Dei contemplatio, qua videtur immediato per suam essentiam; et haec perfecta est, quae erit in patria et est homini possibilis secundum fidei suppositionem. Unde oportet ut ea quae sunt ad finem proportionentur fini, quatenus homo manuducatur ad illam contemplationem in statu viae per cognitionem non a creaturis sumptam sed immediato ex divino lumine inspiratam; et haec est doctrina theologiae. Ex hoc possumus habere duas conclusiones. Una est, quod ista scientia imporat omnibus aliis scientiis tanquam principalis; alia est, quod ipsa utitur in obsequium sui omnibus aliis scientiis quasi vassallis, sicut patet in omnibus artibus ordinatis, quarum finis unius est sub fine altioris, sicut finis pigmentariae artis, qui est confectio medicinarum, ordinatur ad finem medicinae, qui est sanitas; unde medicus imporat pigmentario et utitur pigmentis ab ipso factis, ad suum finem. Ita, cum finis totius philosophiae sit infra finem theologiae, et ordinatus ad ipsum, theologia debet omnibus aliis scientiis imperare et uti his quae in eis trahuntur.

Ad primum ergo dicendum, quod quamvis philosophia determinet de existentibus secundum rationes a creaturis sumptas, oportet tamen esse aliam quae existentia consideret secundum rationes ex inspiratione divini luminis acceptas.

Et per hoc patet solutio ad secundum : quia philosophia sufficit ad perfectionem intellectus secundum cognitionem naturalem, et affectus secundum virtutem acquisitam : et ideo oportet esse aliam scientiam per quam intellectus perficiatur quantum ad cognitionem infusam, et affectus quantum ad dilectionem gratuitam.

Ad tertium dicendum, quod in his quae acquirunt aequalem bonitatem pro fine, tenet propositio inducta, scilicet, nobilius est eo quod per se consequi non potest. Sed illud quod acquirit bonitatem perfectam pluribus auxiliis et motibus, est nobilius eo quod imperfectam bonitatem acquirit paucioribus, vel per seipsum, sicut dicit Philosophus in V Caoli et mundi, text. 53 sive cap. XII; et hoc modo se habet homo respectu aliarum creaturarum, qui factus est ad ipsius divinae gloriae participationem.

Et haec omnia includuntur in prima parte capitis II, p. 1, n. 1.

Unde, ad secundam partem transitur, eadem ratione: ad perfectionem intell. et ad proportionem in finem, non sufficit sibi ipsi nec philosophia. Nam phil. etiam dependet in hoc, scil. intell. perficiendo et proportionando, a fide.

I. Solution de Cajetan: "doctrine" ici ni déterminément la foi ni déterminément la foi ni déterminément la théologie:

-si la foi, deux inconvénients:

(a) nécessité de la foi serait démontrée deux fois, hic et Ilā Ilāe,q.II,a.3.

(b) sens de foi serait équivoque, car dans suite le terme "sacra doctrina" pas pris pour la foi.

-si la théologie: la foi ne suffirait pas au salut. Or faux.

Donc, doctrine signifie la connaissance révélée, soit formellement soit virtuellement, "abstrahendo a ratione crediti et sciti."

Par conséquent, la théologie est nécessaire en tant qu'elle fait abstraction de la foi et de la science.

II. Critique. La solution de Cajetan est contraire au titre et à ~~la~~ l'intention.

(a)-au titre comme nous avons vu, ainsi qu'à toute la lettre de l'article.

(b)-à l'intention: il convient de montrer au début d'un traité de théologie si oui ou non cette science est nécessaire, et comment elle est nécessaire.

(a)-Tout le long de l'article la doctrine sacrée est opposée à la doctrine ou discipline philosophique.

-Dans la prem.obj.: "quaesieris". Or la science interroge au sujet des conclusions,non des principes.

-Dans la deux.,opposition entre deux théologies.Dans réponse, s.Th. parle de deux sciences. Donc,science devrait être pris au sens large. Dans la foi, tout n'est pas, meme du côté des vérités elle-memes, scientifique.

- ~~Ad~~ Sed contra "aliam scientiam". Texte de l'Ecr. nettement "doctrine"

- Dans le corps "doctrina secundum revelationem".


- Ad secundum, s.Th. parle d'une diversa ratio. Or la ratio propre de la théol. secundum revelationem, c'est la révélation virtuelle.

(b)La diff. de Cajétan provient de la manière dont il entend "nécessaire au salut". Pour le réfuter de manière adéquate, nous devons par conséquent ~~abstrahendo a ratione crediti et sciti~~ prouver la nécessité de la théologie au salut.

Or, quelle est cette théologie dont il est question dans cet article? C'est la doctrine dont parle s.Paul dans le Sed contra. Or nous avons vu que tous les termes de ce texte se rapporte à l'autre: donc à la communication entre les hommes, donc à la vie de l'Eglise, et non absolument à tel ou tel individu absolument. Elle purement et simplement nécessaire à l'Eglise, et ainsi indirectement au salut de tous les hommes, dans la mesure où tous participent à la vie de l'Eglise.

Et cette explication est confirmée par le proem.: où s.Thomas parle en "Catholicae veritatis doctor".

Ici nous rejoignons Jean de s.Thomas: Curs. Theol.,I, p.348,nn.5 et 5bis.



Et à cette interprétation l'on peut encore ajouter que la théologie est nécessaire non seulement pour la défense et par conséquent pour l'Eglise militante, mais qu'elle est absolument nécessaire à l'Eglise envisagée comme telle, donc même pour l'Eglise triomphante. Car sans théologie il ne peut y avoir communication entre les ~~hzzhzzhzz~~ concernant ce qu'ils voient dans le Verbe.

PRIMA PARTIS QUAESTIO PRIMA

DE IPSA SACRA DOCTRINA

Praenotanda.

1. Ut postea ostendendum est, Theologia seu Sacra Doctrina hic sumitur de cognitione probativa quae deducit aliquas conclusiones, non pro cognitione fidei quae dolum praebet principia huic scientiae. Et cum ipsa theologiae principia res creditae sint per fidem, propria eorum certitudo non nisi fide supernaturali habetur, et ad principia naturaliter reduci et in istis fundari non possunt. Unde principia certitudine supernaturali credita, in theologia simpliciter prima sunt. Quamvis scientia propria principia nequeat probare, si tamen sapientia sit, ea defendere potest. Theologia vero "maxime sapientia est inter omnes sapientias humanas, non quidem in aliquo genere tantum, sed simpliciter", ut postea ostendetur. Unde et maxime propria sua principia defendere potest contra quoscunque negantes. Quod munus theologiae aliquando Apologetica vel theologia fundamentalis appellatur. Et quia jam metaphysica ut sapientia est omnibus scientiis ipsi inferioribus ad principia defendenda utitur, eo magis Sacra Doctrina omnibus scientiis, sive theoreticis sive practicis, sive historicis, sive logicis et dialecticis, necnon et ipsam sapientiam metaphysicam utetur.

2. Ut dicit Dionysius in tractatu De Divinis Nominibus: "Bonorum causa una est; sed sicut bono malum est oppositum, ita et uni multitudo; ergo causae mali sunt multae et indeterminatae." (cap. iv, videatur comm. Divi Thomae, lect. 22) Idem dici potest de negantibus principia theologiae. Species negantium et difficultates allatae infinitatem quamdam habent. Et ex hac multitudine et indeterminatione magna oritur difficultas in divisionibus et regulis tradendis. Possunt tamen negantes ad tria genera reduci: primo pagani; secundo judaei; tertio haeretici. Et ideo, prima Disputatio Joannis a S. Thoma in hanc primam quaestionem, per tres articulos dividitur.

SEQUITUR TEXTUS JOANNIS A S. THOMA: (CURSUS THEOLOGICUS, T.I, p. 308):

- b. Quid sit Sacra Doctrina. Ex supradictis patet quod sacra doctrina est cognitio probativa ex principiis revelatis conclusiones inferens, sive scientifico, sive probabiliter. Et exinde patet quomodo ut totum a parte distinguenda sit a theologia quae scientia est. Sed, ut notat JST (II, p. 348, n. 4): "Sacra autem doctrina dicitur quaecumque cognitionem probativam ex revelatis a Deo, etiam probabiliter, quamvis communi usu loquentium sumatur pro doctrina probativa certo et scientifico: et sic est idem quod theologia."
- c. Quomodo a fide distinguenda sit. Quae fide tenentur non probantur, sed revelantur, unde fides respicit ea quae formaliter et immediate revelata sunt. Unde fides ex qua sacra doctrina sumit sua principia, ab ipsa sacra doctrina omnino distinguenda est, ne committatur circulus. Et sic fides et theologia comparandae sunt naturali intellectui principiorum et habitui scientiae, qui distincti sunt, quamvis scientia ex principiis intellectus procedat.

ARTICULUS PRIMUS

UTRUM SIT NECESSARIUM PRAETER PHILOSOPHICAS DISCIPLINAS, ALIAM DOCTRINAM HABERI.

Notae:

1. Quid Sacra Doctrinâ hic intelligendum sit.

- a. Quid sit doctrina. De doctrina in genere Divus Thomas haec habet in I Post. Anal., lect. 1, n. 9: "...acceptio cognitionis in nobis fit ex aliqua praecoxistenti cognitione. Et ideo dicit (Aristoteles): 'omnis doctrina et omnis disciplina', non autem 'omnis cognitio', quia non omnis cognitio ex priori cognitione depondet; esset enim in infinitum abire. Omnis autem disciplinae a ceptio ex praecoxistenti cognitione fit. Nomen autem doctrinae et disciplinae ad cognitionis acquisitionem pertinet. Nam doctrina est actio ejus, qui aliquid cognoscere facit; disciplina autem est receptio cognitionis ab alio. Non autem accipitur hic doctrina et disciplina secundum quod se habent ad acquisitionem scientiae tantum, sed ad acquisitionem cognitionis cujuscunque. Quod patet, quia manifestat hanc propositionem etiam in disputativis et rhetoricis disputationibus, per quas non acquiritur scientia. Propter quod etiam non dicit ex praecoxistenti 'scientia' vel 'intellectu', sed universaliter 'cognitione' ". Ergo de ratione doctrinae est ex praecoxistenti cognitione per discursum aliam inferre. Discursus autem duplex est: unus demonstrativus seu scientificus, alter probabilis seu dialecticus opinionem solummodo faciens. Doctrina igitur sumenda est pro quacunque cognitione probativa, sive scientifica, sive probabilis.
- b. Quid sit Sacra Doctrina. Ex supradictis patet quod sacra doctrina est cognitio probativa ex principiis revelatis conclusiones inferens, sive scientificae, sive probabiliter. Et exinde patet quomodo ut totum a parte distinguenda sit a theologia quae scientia est. Sed, ut notat JST(2, p. 348, n. 4): "Sacra autem doctrina dicit quaecumque cognitionem probativam ex revelatis a Deo, etiam probabiliter, quamvis communi usu loquentium sumatur pro doctrina probativa certo et scientifico: et sic est idem quod theologia."
- c. Quomodo a fide distinguenda sit. Quae fide tenentur non probantur, sed revelantur, unde fides respicit ea quae formaliter et immediate revelata sunt. Unde fides ex qua sacra doctrina sumit sua principia, ab ipsa sacra doctrina omnino distinguenda est, ne committatur circulus. Et sic fides et theologia comparandae sunt naturali intellectui principiorum et habitui scientiae, qui distincti sunt, quamvis scientia ex principiis intellectus procedat.

2. Quomodo sacrae doctrinae "necessitas" intelligenda sit.

- a. A necessitate fidei distinguenda est. Constat Divi Thomae intentum non esse hic necessitatem fidei ostendere, sed quod sacra doctrina, non solum ut in genere probativa est, verum ut scientia (quod patet ex responsione ad 2, ubi sacra doctrina ut scientia philosophiae opponitur), necessaria est homini ad salutem. Ex alia parte, ipsam fidem necessariam esse ad salutem ostenditur Ilae, q. 2, a. 3. Necessitas theologiae praesupponit necessitatem fidei.
- b. Quomodo sacra doctrina necessaria sit ad salutem. Constat quod finem nostrum supernaturalem esse fide tenetur, non scientia. Quomodo ex necessitate hujus finis cognitionis per fidem deducitur necessitas theologiae a fide distinctae? Ad hanc difficultatem responsio habetur in "sed contra": "omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum ad justitiam". Atqui, haec omnia absque discursu fieri nequeunt. Discursus autem iste philosophicus non est, philosophia enim procedit ex principiis naturaliter cognitis. Objicitur: Fides absque theologia sufficit ad salutem humanam. Respondetur ex JST, T.I, p. 348b: "Ad rationem dicitur theologiam non esse praecise necessariam ad salutem, sed ad declarandam et defendendam fidem quae est necessaria ad salutem. Itaque ex necessitate fidei simpliciter probatur utilitas theologiae, et necessitas: non pro singulis eodem modo, sed pro communitate, et pro omnibus suo modo. Requiritur enim theologia pro omnibus, sed non ut existat in omnibus: sed in sapientibus, ut existens: in aliis, ut dirigantur a sapientibus; sicut pro omnibus requiritur gubernatio principis, in eo architectonice, in aliis ministerialiter et ut in regulatis."
- c. Quaenam sit necessitas revelationis ad ea etiam quae de Deo ratione humana investigari possunt. Ut notat Cajetanus, dicitur aliquid "necessarium ad finem dupliciter: 'ad esse', et 'ad bene esse'. In prima conclusione (de sacra doctrina) sumitur necessarium primo modo: in secunda, secundo modo." (n.) Exinde concludi potest revelationem ad bene esse philosophiae necessariam esse. Ex hoc tamen concludendum non est revelationem simpliciter necessariam esse ad ipsam philosophiam in quantum formaliter scientia est. Quae enim materia philosophica revelata sunt, a philosopho ut revelata assumi non possunt. Exinde, dependentia haec extrinseca est et materialis. Secus philosophia non esset scientia mere naturalis, sed jam ipsa theologia esset. Unde dicitur: "quae de Deo ratione humana investigari possunt". Ideo philosophia non nisi per denominationem extrinsecam christiana appellari potest. De theologia metaphysica haec habet JST, T.I, p. 347a: "Est autem differentia

X Ad hoc ulterius addi potest, quod homo naturaliter
arte et rationibus virtutibus ut docetur in primo Post. Om.

Gratia vero non destruit naturam, sed perficit illam.
Unde naturaliter homo ex principis revelatis conclusiones
deducit. Et sic necessitas sacrae doctrina potest fundari
in ipsa natura rationali hominis, inquantum deus
supernaturaliter

cf. Sent. I. Q. I.

inter theologiam naturalem, quae est metaphysica, et theologiam christianam, quod in theologia naturali quidquid cognoscitur de Deo, se habet per modum conclusionis et non per modum principii: sed effectus Dei, et creaturae, se habent per modum principii; eo quod non possumus naturali scientia ad Deum assurgere nisi ex creaturis, juxta quod dicit Apostolus (Rom. I, 20) "quod invisibilia Dei per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur."

X

3. Ad theologiam requiritur fides supernaturalis.

- a. Fides de rebus supernaturalibus duplex est. Una humana et acquisita motivo humano innixa, vel humana auctoritate dicentium, ut contingit in iis qui credunt divinis quia proponuntur a parentibus vel a sapientibus; quod etiam contingit in haeretico, cujus fides non fundatur in motivo divino, prout mediante Ecclesia a Deo infallibiliter proponitur, sed in proprio judicio, dum aliquo fidei articulo rejecto, aliis fide humana adhaeret.--Alia infusa et supernaturalis motivo divino innixa, prout mediante Ecclesia a Deo infallibiliter proponitur.-- Et quaeritur utrum ad theologiam supra definitam requiratur sola cognitio supernaturalium ex fide humana acquisita, an vero requiratur fides infusa seu catholica.
- b. Theologia innititur principiis per fidem infusam creditis. Nam theologia est vera scientia, ergo certa, ergo ex principiis certis procedens. Sed fides humana de rebus supernaturalibus fallibilis est.--Et haec est sententia divi Thomae ut patet (1) ex articulo 5, ubi dicit quod haec scientia alias scientias speculativas excedit secundum certitudinem, "quia aliae scientiae certitudinem habent ex naturali lumine rationis humanae, quae potest errare; haec autem certitudinem habet ex lumine divinae scientiae, quae decipi non potest." (2) Ex a. 4, ubi lumen divinum dicitur ratio formalis hujus scientiae. (3) Ex a. 2, "sed contra."
- c. Ergo theologia haeretica theologia non est. Contra nostram sententiam apud thomistas communem infertur sententia Vasquezii (1551-1604). Dicit enim Vasquez "conclusiones theologicas colligi ex articulis fidei non creditis divina fide, sed humana, et acquisita." Et ideo tenet: "Immerito nonnulli thomistae concedunt assensum theologicum in haeretico esse alterius rationis, quam erit in ipso, cum esset fidelis." (Comm. ac Disput. in Iam Partem, d. 4, c. 8; d. 5, c. 3.--Anvers, 1621, T. I, pp. 18-19) Argumenta ejus traduntur a JSTh, pp. 349sq. multo melius quam apud ipsum Vasquezium, et optime refutantur. Quia vero multa supponunt ex iis quae de theologia ut et de ejus subalternatione sequuntur, nonnisi unum argumentum hic

et of Sent. I,
Part. II, Q. I,
a. 2, 84.

considerandum est.--Objicitur: Assensus haeretici circa conclusiones theologicas est certus et scientificus; praeterea, infidelitas non opponitur theologiae sed fidei, nam acquiritur theologia per discursum, ergo alter habitus a fide; item, si haereticus fiat fidelis sine alia mutatione intrinseca, habet theologiam ut antea.--Respondetur quod haereticus nescit se nescire, et firmitas assensus ejus non innititur motivo infallibili sed proprio arbitrio; nam falsus assensus et irrationabilis firmissimus esse potest; et ex motivo insufficienti erronee veritati adhaerere possumus, sicut qui diceret Deum esse spiritum quia omne ens spirituale est, ita ut si aliquod ens materiale esset, Deus non esset spiritus. Ex sola firmitate assensus, et si quod creditur in se verum sit, non sequitur veritas assensus. Praeterea, mutatio scientiae ex parte principiorum est mutatio essentialis et intrinseca, quia est in ratione formali et specifica quae desumitur ex diverso lumine principiorum. Ergo amissâ fide, et assensu motivo insufficienti innixo, theologia totaliter corrumpitur. Et si verum sit infidelitatem non immediate theologiae opponi, opponitur tamen theologiae mediante fide. Adhuc, "cum restituitur fides in haeretico, non restituitur theologia immediate et formaliter, sed causaliter et radicaliter: restitutis enim principiis certis, potest rursum elicere assensus certos et infallibiles circa conclusiones, et tunc generatur de novo vera theologia. Hoc autem facillime fit et quasi insensibiliter, quia licet fides tollatur aut restituatur haeretico, manent tamen eodem modo dispositae et ordinatae species in memoria: in quarum ordinatione est tota difficultas acquirendi scientias. Unde illa ordinatione posita, seu non amissa, facile acquiritur scientia quantum ad id quod est luminis et certitudinis ex principiis deductae." (JSTh, p.351b).--Et haec sententia Vasquezii omnino notanda est. Ut postea videndum est, nec admittit theologiam esse proprie scientiam. Et post Vasquezium, Cartesius dicet eam nullomodo esse scientiam. Deinde, propter rationem a Divo Thoma in corpore a.1 traditam, etiam metaphysicam a philosophis modernis rejicietur, deinde omnem scientiam philosophicam. Quae omnia ad sententiam Vasquezii reduci possunt.

ARTICULUS SECUNDUS

Notae:

1. Quid sit subalternatio scientiarum.

a. Theologia nostra subalternatur scientiae beatae ratione principiorum. De diversis speciebus subalternationis videri possunt Cajetanus in hoc loco, et JSTh., C.Phil., T.I, pp. 795a et sq. Subalternatio in genere dicit dependentiam unius scientiae ab altera in manifestatione veritatis. De subalternatione ratione subjecti hic non agitur. Subalternatio ratione principiorum duplex est: prima species habetur quando una scientia accipit principia ab alia quae aliis scientiis communia sunt, qualia sunt principia metaphysicae et logicae, et haec subalternatio impropria est; secunda species est quando una scientia accipit sua propria principia ab alia scientia tradita vel probata, ita ut de se scientia subalternata non resolvit in principia ipsi per se nota, sed per se nota vel probata in scientia subalternante. Quod aliquomodo contingit in physica experimentalis in quantum accipit principia a mathematica, qua subalternatione constituitur scientia physico-mathematica, quamvis haec ut vidimus in methodologia scientifica proprie scientia non sit. - In articulo dicit D. Thomas theologiam nostram subalternari scientiae Dei et beatorum ratione principiorum, quae principia apud Deum per se nota, a nobis vero fide divina tenentur.)

b. Quid sit scientiae subalternatae continuatio cum subalternante. Primo dicendum est quod omnis scientia proprie dicta seu discursiva cum certitudine conclusionem inferens, continuatio quaedam est. Nam conclusio in se et ex se visibilis non est, ut notat Cajetanus, sed in et ex alio quocum continuatur, scil. cum principiis. Et quantum ad hoc differunt scientia subalternata a subalternata, quia prima immediata, secunda mediate cum principiis continuatur. Continuatio autem scientiae subalternatae dupliciter considerari potest: vel quoad substantiam scientiae, et sic omnis subalternata de se petit continuationem cum superiori scientia, ita ut continuabilitas sit de ipsa ratione scientiae subalternatae in quocunque statu consideretur; ex quo sequitur secunda consideratio subalternatae, scil. continuatio quoad statum, secundum quod sciens habet evidentiam et certitudinem intrinsecam principiorum, et talis scientia subalternata habet statum perfectum; quando vero sciens non habet nisi certitudinem extrinsecam circa principia accepta, status scientiae ejus imperfectus est. Sed etiam in hoc statu imperfecto habetur scientia per se in ratione scientiae, quia certitudo ista extrinseca est etiam certitudo de ipsa continuabilitate principiorum creditorum. Qui autem credit fide supernaturali, habet

x
x

x

certitudinem circa principia theologiae, et in hoc ipso etiam certus est quod ista principia credita evidentiam habent in eo qui credenda proponit. Et secundum hoc, qui habet scientiam subalternatam in statu imperfecto, certitudinaliter cognoscit continuabilitatem ejus scientiae, quamvis non videat continuationem.

placere utrum sit
et, nil aliud plura
necesse est
cognitis per causas.

- c. Quid sit de intrinseca ratione scientiae. Scientia definitur ab Aristotele: "cognoscere causam, ob quam res est, illius causam esse: et fieri non posse ut aliter se res habeat." Ergo, ut bene notat JSTh, p. 356a n.6, certitudo et non evidentia est de ratione scientiae. Sufficit ergo resolutio in principia certa, non evidentia. Atqui talia sunt principia theologiae nostrae. Quamvis autem evidentia de ipsa ratione intrinseca scientiae non sit, est tamen de ratione scientiae in quantum certitudo etiam extrinseca de se evidentiam petit, seu in quantum supponit evidentiam in alio et continuabilitatem. Fides enim non est de non visis simpliciter sed de non visis ex parte credentis; quod enim credens certitudinaliter cognoscat credita ab alio visa esse, est de ratione fidei. Si igitur scientia subalternata etiam in statu imperfecto resolutionem in principia evidentia non peteret, nec esset scientia. Et sic evidentia est de ratione certitudinis, non tamen immediate: sed sufficit certitudo de evidentia in alio.

Sufficit de
hypoth.

- d. De theologiae statu perfecto in beatis. Principia theologiae quae modo credimus, a beatis in visione Dei immediate inspiciuntur: et sic de principiis habent et certitudinem et evidentiam. Quaeritur utrum beati ex his principiis conclusiones deducant, et utrum hic processus vere et proprie scientificus sit. Ad horum evidentiam duo supponenda sunt. Primum est quod unus beatus alium illuminare potest de iis quae immediate in essentia divina intuetur. Patet autem quod ista illuminatio non est de visis per ipsam immediatam visionem, ita ut unus beatus immediate in visione alterius communicaret: talis illuminatio esset ipsa beatifica et ab ipsa essentia divina indistincta. Ergo illuminatio qua unus beatus alium docet deducit conclusiones a principiis distinctas. Et secundum hoc formatur discursus scientificus. Secundum supponendum est quod duplex habetur discursus: unus ex parte subjecti, qui discursus formalis est ut in nobis ratiocinando contingit; alius ex parte objecti, qui discursus eminentialis dicitur: et talis discursus habetur in beatis, necnon in Deo, ut latius dicetur. Et haec scientia beatorum (non autem Dei) est subalternata in statu perfecto, et in hunc tendit theologia nostra. ^{statum}
His distinctionibus factis, rejiciuntur errores Vasquezii et Molinae, de quibus videri potest JSTh in hunc locum.

$$\begin{array}{l}
 \text{formaliter seu} \\
 1^{\circ} \left\{ \begin{array}{l} \text{fides respicit} \\ \text{Theol.} \end{array} \right. \text{ immediate revelata : } \left\{ \begin{array}{l} \text{explicitè seu manifestè} \\ \text{implicitè seu occultè} \end{array} \right. \\
 \text{illata ex immediate revelatis, quae illata} \\
 \text{dicuntur mediate revelata seu virtualiter = concl. theol.}
 \end{array}$$

3^o Ecclesia nunquam proponit de fide nisi formaliter revelata.

1^o Fides respicit immediate revelata: $\left\{ \begin{array}{l} \text{formaliter seu} \\ \text{explicitè seu manifestè} \\ \text{implicitè seu occultè} \end{array} \right.$

Theol. " illata ex immediate revelatis, quae illata
dicuntur mediate revelata seu virtualiter = encl. 1^a

3^o Ecclesia nunquam proponit de fide nisi formaliter revelata.

2. Quanta sit certitudo theologicae conclusionis sine definitione Ecclesiae, vel cum illa.

a. Supponenda:

1° ~~(2)~~ Quod Ecclesia habet infallibilem auctoritatem ad declarandas et definiendas res fidei, quae antea definitae non erant.

2° ~~(4)~~ Quod veritas ab Ecclesia definita definitione declarativa fidei omnibus fidelibus proponitur tanquam dogma credendum fide divina, ita ut immediate pertineat ad fidem, et ita ut qui illam negaret esset haereticus directe et formaliter.

3° ~~(4-1)~~ Talis igitur definitio Ecclesiae omnino distinguenda est a conclusione theologica quae illative seu per modum conclusionis deducitur discursu regulis syllogisticis innixo, de quibus regulis solo naturali lumine certificamur.

4° ~~(1-1)~~ Definitio declarativa etiam distinguenda est a conclusionibus quae ab Ecclesia approbantur et acceptantur tanquam legitimae et conformiores fidei, et in hoc casu de fide non sunt.

5° (v) Supponendum est etiam cum thomistis (et in sequentibus probabitur) quod "certitudo conclusionis theologicae deductae per evidentem consequentiam ex principiis fidei, prout talis, non est immediata de fide, sed scientifica et theologica; immo certitudo theologicae, ut scientia est solum innititur consequentiis evidentur deductis: si enim solum probabiliter deducantur, est opinio" (JST, 357b)

b. Difficultas: Quatenus sit certitudo conclusionis theologicae quando ultra discursum adjungitur illi etiam definitio Ecclesiae? Variae sunt opiniones:

x (i) Vasquez parificat definitionem Ecclesiae de fide
x declarata ipsi demonstrationi theologicae: "siquidem demonstratio theologica perinde se habet ipsi theologo demonstranti: sicut Concilium, cum de fide aliquid esse declarat, se habet toti Ecclesiae. Solum est differentia, quod Concilium id, quod definit, omnibus proponit credendum ita, ut omnes credere teneantur; ratio vero theologica illis solum proponit, quibus est evidens consequentia ex articulis fidei: et ideo propositio, quae est contraria conclusioni theologicae, communiter dicitur erronea, non haeretica: quia non omnibus credenda proponitur: propositio vero Scripturae, vel definitioni Ecclesiae contraria, vocatur haeretica: quia illa omnibus proponitur credenda; Nihilominus qui haberet theologicum discursum evidentem ex una (praemissa) de fide, et alia naturali, vel ex utraque de fide, et non crederet conclusionem, esset haereticus: tum quia facta praedicta suppositione tenebatur illam credere, tum etiam quia eo ipso non assentiretur alicui praemissae, quae est de fide." (Vasquez, op. cit., d. 5, c. 3, p. 19b).

(ii) Molina tenet "propositiones ab Ecclesia deductas et sic definitas ex vi deductionis, non esse immediate de fide, sed adhuc pertinere ad scientiam theologicae ut conclusiones: non autem posse esse principia theologicae." (JST, 357a).

(iii) Granados distinguit "duplicem modum quo Ecclesia procedit; nam si declaret aliquid tanquam immediate revelatum a Deo, sine dubio immediate pertinet ad fidem. Si vero definiat aliquid illatum ex principiis revelatis: hoc non pertinet ad fidem, sed ad conclusionem theologiam. Et ita non sunt principia theologiae, nisi quando primo modo declarantur: eo quod Spiritus Sanctus non assistit Ecclesiae ut novas revelationes faciat; et sic si aliquid non est immediate revelatum a Deo, sed solum deductum per discursum, non potest illud Ecclesia facere tamquam immediatum de fide." (ibid.)

x (iv) Thomistae communiter tenent "quod propositiones deductae evidenter ex principiis fidei, si ab Ecclesia definiantur, immediate pertinent ad fidem, et fiunt principia theologiae; nec amplius innituntur discursu: sed eorum certitudo est ex testimonio divino, per Ecclesiam proposito juxta infallibilem assistentiam Spiritus Sancti in definiendis rebus fidei." (ibid., b)

c. Probatur sententia thomistarum.

(i) Ex distinctione inter fidem et theologiam, supra probata.

x (ii) Praeterea, fides testimonio Spiritus Sancti innititur, scientia theologica discursu humano: iis quae fide divina tenentur adhaeremus quia sic "visum est Spiritui Sancto", iis autem quae humano discursu innixa sunt assentimur, quia sic nobis videtur et a nobis infortur.

x (iii) Definitio declarativa fidei non proponitur ut conclusio discursus humani, etiam si discursus et disputationes declarationem praecesserunt: "Sicut Apostoli, ad definiendum legalia non esse observanda, magnam conquisitionem seu disputationem fecerunt (Act. XV, 7); et tamen postea in decreto definitionis non posuerunt quia 'sic disputatum est': sed quia 'sic visum est Spiritui Sancto, et nobis'." (JST, 358b).

(iv) Ad adhesionem iis quae immediato de fide sunt non sufficit assensus theologicus qui non nisi scientificus est et mediatas, ita ut si aliquis alicui veritati definitae adhaereret, non formaliter in quantum ab Ecclesia proponitur ut dogma credendum, sed quia sic sibi discursu theologico visum est, haereticus esset.

d. Difficultatibus respondetur.

(i) Contra Vasquez. - Fides divina majorem certitudinem habet quam conclusio theologica. Si certitudo fidei divinae aequalis esset certitudini conclusionis theologicae, theologus esset sibi ipsi "sufficiens regula in certitudine rerum fidei sine recursum ad Ecclesiam: quod esset perniciosissimus error." (JST, 358a).

(ii) Contra Molinam, respondetur distinctionibus factis supra a. (64) et c. (iii).

(iii) Contra Granados. - Quae ab Ecclesia ut de fide definiuntur et credenda proponuntur, non in sola auctoritate humana Ecclesiae tanquam ex discursu illata fundantur, sed in auctoritate Spiritus Sancti.

Instatur ex Granados: de sanctis canonizatis multi probabiliter sentiunt eorum beatitudinem non credi fide divina, et tamen infallibiliter credi ob auctoritatem Ecclesiae, minori tamen gradu quam res fidei. Respondetur: in canonizatione "directe non proponitur nec definitur aliquid ut credendum, sed ut colendum: ad quod Ecclesia sufficientia habet motiva, ut definiat et declarat illum hominem esse dignum tali cultu. Quando autem determinat aliquam veritatem ut dogma fidei, determinat illam ut credendam auctoritate divina, et 'quia visum est Spiritui Sancto'. Unde pro canonizatione pie creditur assistere Spiritus Sanctus ne erret Ecclesia, ut dicit Divus Thomas (quodl. 9, a. 16), sed non est certum de fide (ut ibi dicit); in definiendis autem rebus fidei, est certum de fide assistere Spiritum Sanctum, et ex ejus infallibili directione procedere illam definitionem; unde assensus illius non innititur auctoritati humanae, sed divinae." (JSTh., 359)

e. Quaenam ab Ecclesia definiri possunt ut de fide.

Ecclesia nunquam proponit ut de fide nisi quae formaliter seu immediate revelata sunt. Ecclesia enim non condit scripturam, sed conditam explicat assistentia Spiritus Sancti. Quae tamen formaliter seu immediate revelata sunt quoad se, possunt tamen occulta esse quoad nos: ideo distinguitur inter ea quae "manifeste" et ea quae "occulte" revelata sunt quoad nos. Et sic in definitionibus declarativis fidei "per auctoritatem Ecclesiae veritas immediate revelata transit ab occulta ad manifestam, non a revelata mediato ad revelatam immediate: licet quoad nos per discursum cognosceretur illa veritas, quamdiu non manifestabatur esse immediate revelata." (JSTh., 360a)-

x Alia sunt revelata virtualia tantum: et de his sunt conclusiones theologicae proprie dictae. Dicitur "proprie dictae" quia tota eorum vis stat in noxu illativo. - Notandum vero quod veritates occulte formaliter revelatae ut formaliter revelatae et fide divina credendae non nisi ex definitione Ecclesiae cognoscuntur. Exinde fit quod quaedam a theologis, ante definitionem Ecclesiae, ut tantum virtualiter revelata doceantur, quamvis quoad se formaliter revelata sint, ut postea ex definitione declarativa manifestatur: et hoc solummodo ex definitione declarativa ut immediate de fide manifestari potest. Unde, ante definitionem, falsum esset dicere ea immediate de fide esse, ut qui veritatem illam ut solo noxu illativo stabilitam non admitteret haereticus esset.

f. Corollarium. Opinio dicentium conclusiones theologicas immediate de fide esse ad relativismum conducit in rebus fidei. Nam multae sunt scholae et theologici qui conclusiones suas certas esse profitentur quamvis contrarias.

3. Utrum theologia nostra subalternetur scientiae beatae , et maneat cum illa . (Cf Cajet., a.2; J.a S.Thoma, disp.2, a.5.)

a. Theologia multipliciter sumi potest :

- (i) Dicitur aliquando theologia, scientia quam Deus habet de seipso et de aliis in seipso.
- (ii) Necnon de ipsa scientia beatorum ad quam pertinet cognoscere evidenter:
 - (1) quaedam immediate videndo, ea scilicet quae pertinent ad Deum in se;
 - (2) quaedam quorum rationes et causas in Deo videt.

Et tam prima quam secunda dicitur theologia eminenter, non formaliter.

- (iii) Dicitur theologia formaliter illa scientia quae consequentias deducit, sive discursu formali sive eminentiali, vel ex iis quae intra Verbum evidenter cognoscuntur ut contingit in beatis, vel ex iis quae fide supernaturali creduntur ut in nobis viatoribus.

Et haec theologia etiam in beatis distinguitur a scientia beata cui subalternatur.

b. Theologia dicitur "nostra":

- (i) vel in quantum convenit naturae humanae ita ut nostra dicatur theologia quae distinguitur in theologiam beatorum et viatorum;
- (ii) vel de theologia viatorum.

Et hic quaeritur:

- primo utrum theologia viatorum proprie subalternata sit scientiae divinae et beatae;
- secundo utrum theologia viatorum maneat cum scientia beata, scil. in patria, ita ut habitus theologiae beatorum et viatorum idem habitus sit.

c. Circa primum "Resolutio est, reperiri in theologia essentialem subalternationem quae sumitur ex parte principiorum."
(J. a S. Thoma, n. 5)

- (1) Notandum quod subalternatio dicit dependentiam in manifestatione veritatis. Ergo subalternatio nullo modo salvaretur in theologia si tantummodo dependeret a scientia superiori quantum ad revelationem principiorum per fidem, sed requiritur dependentia in ipsa ratione manifestationis, ita ut, si theologia proprie subalternatur, reducatur ad principia fidei, non formaliter ut credita sunt, sed ut nota sunt lumine scientiae Dei et beatorum, seu in quantum manifestantur et probantur scientia superiori. Praeterea, theologia non subalternaretur scientiae beatorum si solum dependeret ex scientia superiori revelante nobis principia, quia revelatio non fit a beatis sed a Deo.

- (2) Principia quae nobis immediate revelata sunt duo complectuntur:
- (i) veritates quas de Deo ipso in se cognoscimus per fidem, ut mysterium Trinitatis;
 - (ii) veritates quae pertinent ad diversa mysteria quae rationes et causas suas habent in Deo, ut Incarnatio, glorificatio...

De his secundis datur et scientia divina et scientia beata, cognitio scilicet certa per causas. Ergo in scientia divina et beata ista principia proprie probantur.

- (3) Datur propria subalternatio "quando principia unius scientiae non possunt esse immediate per se nota, sed manifestantur per lumen superioris scientiae: et ita scientia inferior non resolvit immediate in principia per se nota, scientia vero superior sic. Et in hoc consistit essentialis et praecipua ratio subalternationis." (J. a S. Th ., n. 4)
- (4) Suppositis his, patet fundamentum resolutionis. Nam principia quae immediate credita sunt per fidem complectuntur non solum principia quae de Deo ipso in se, ut de re cognita habentur, sed etiam veritates quae in ipso Deo habent suas causas et rationes, et quae in scientia beata se habent tamquam conclusiones intra Verbum ex rationibus divinis deductae. Etiam tales veritates immediate a nobis creditae, principia sunt theologiae.
- (5) Difficultas: Nunc quaeritur utrum ratio subalternationis in theologia nostra salvetur non solum quantum ad principia quae in scientia beata se habent tamquam conclusiones, sed etiam quantum ad principia quae sunt veritates quas cognoscimus de Deo ipso in se per fidem, et quae non probantur tamquam conclusiones in superiori scientia.

Et constat quod si respectu istarum veritatum salvatur subalternatio theologiae nostrae, non esset ratione principiorum in scientia superiori tamquam conclusiones manifestatorum. Nec videri potest quomodo subalternatio verificari possit respectu primorum principiorum superioris scientiae, non solum quia hoc est extra rationem subalternationis quae supponit probationem in superiori scientia, sed etiam quia prima principia cujuslibet scientiae sunt omnibus per se nota eo magis quo ad scientiam superiorem pertinent.

Nec potest subalternari ratione subjecti, ut jam supra dictum est, cum subalternata addat differentiam accidentalem subjecto subalternantis, qua additione redditur subjectum subalternatae extraneum a subjecto subalternantis. Sed subjectum theologiae nostrae et scientiae beatae est unum et idem.

Ad hanc difficultatem respondetur:

-primo, ex J. a S. Thoma, n. 7, (p. 364a) : "Ea vero quae cognoscimus de Deo ipso in se per fidem, non probantur quidem... tamquam conclusiones in superiori scientia (v. g. mysterium Trinitatis, et alia similia quae pertinent ad Deum), sed tamen sunt ibi evidenter nota, et hic credita; in quo diversimode se habet theologia nostra respectu scientiarum naturalium in sua subalternatione: Quia in scientiis naturalibus non potest verificari quod ipsa principia per se nota ipso lumine principiorum in superiori scientia sint tantum credita, et non per se nota in inferiori: quia quod est per se notum lumine principiorum, omnibus est per se notum;

et principia quanto sunt superiora, et ad scientiam superiorem pertinent, tanto sunt magis nota omnibus propter suam universalitatem. At vero in supernaturali lumine potest id quod est per se manifestum per modum principii in lumine superiori, illudmet esse tantum creditum lumine inferiori per fidem. Unde multo melius salvari potest subalternatio, etiam respectu ejusdem subjecti, cum inveniatur idem subjectum cognosci obscure per fidem, et evidenter per visionem: unde subordinari potest lumen inferius et obscurum lumini superiori et evidenti, non quidem manifestando principia inferiora per probationem, sed per immediatam visionem.

-secundo, ex Cajetano, n. xiii: "Concedi siquidem potest quod subjectum theologiae nostrae addit aliquomodo ad subjectum theologiae beatorum, accipiendo subjectum nostrae theologiae pro toto aggregato ex subjecto ut re et ut objecto: sic enim subjectum est Deus revelatus; revelationem autem constat addere differentiam accidentalem. At si pertinaciter ex parte objecti ut res est, additionem talem quis exigit in subjecto subalternatae, negatur assumptum universaliter; licet in quibusdam verificetur. Nec oppositum dicitur I Poster. (c. 7): sed docetur ibidem quod una scientia non descendit in aliam nisi subjectum sit sub subjecto simpliciter vel 'sic'; quod concedimus, dum dicimus scientiam beatorum descendere in nostram, quia formale subjectum ut res est omnino idem utrobique, et ut objectum hujus, est sub objecto illius."

Et ex his patet quomodo subalternatio salvetur formaliter etiam relate ad principia per se nota ipsius scientiae superioris, et non solum relate ad ea quae in scientia superiori se habent tamquam conclusiones, quamvis hoc in scientiis naturalibus non contingat. Et de essentia subalternationis haec habet Cajetanus (n. xi): "... quia omnia nostra, translata in Deum, seclusis imperfectionibus transferri intelliguntur, consequens est et quod scientia ratione evidentiae et certitudinis, non quoad discursus imperfectionem; et quod subalternare, non quoad discursu demonstrativo probare principia subalternatae, sed quoad evidentiam illorum, et causalitatem notitiae eorum in aliis, transferatur in Dei scientiam. Ac per hoc, non oportet ex subalternatione quod principia theologiae nostrae sint conclusiones theologiae beatorum: sed sat est quod sint propositiones evidentes theologiae beatorum. Sicut si geometria absque discursu esset, haberet quam nunc habet evidentiam de principiis perspectivae, sed non eodem modo: et nihil minus subalternans esset. Quia igitur conclusiones theologales procedunt ex articulis fidei ut principiis non in se evidentibus, sed in scientia Dei et beatorum, consequens est quod habet essentialem conditionem constitutivam scientiae subalternatae; et quod est scientia ex continuatione ad scientiam Dei et beatorum;..."

- (6) Contra subalternationem theologiae viatorum ad scientiam beatam objicitur quod est ibi solum diversus modus attingendi easdem veritates, ita ut in theologia et in scientia beatorum sint eadem principia et conclusiones, nec principia theologiae probantur in scientia beatorum, ubi clare visa sunt.

Respondetur:

- (i) In cognitione beati distingui posse tria:

- (a) ea quae immediate videt ut objectum primum suae visionis, quae scilicet pertinent ad Deum in se; et hoc objectum primum adhuc duo complectitur:

- ea quae videntur quasi intellectu, ut essentia;
- ea quae videntur scientia stricte et

proprie dicta: attributa scilicet, inquantum in uno invenitur ratio propter quid alterius, ut in immutabilitate aeternitas.

Et haec duo pertinent ad Deum in se ut objectum primum.

- (b) ea quae immediate videt, sed ut secundarium objectum: mysteria scilicet quae a Deo procedunt, quorum rationes et causas in Deo videt: et haec se habent tamquam conclusiones intra Verbum visas.

Et de his omnibus est scientia beata ut hic sumitur. Sed praeter hanc invenitur in beato alia scientia quae est circa:

- (c) ea quae ulterius, ex his quae in Deo clare videt, extra Verbum per modum consequentiae deducit. Et haec illatio fit lumine creato, et in beato theologia formalem constituit, a scientia beata distinctam et illi subalternatam.

- (ii) Theologia viatorum deducit conclusiones ex rebus immediate revelatis per fidem, quae immediate revelata duo complexantur:

- (a) ea quae pertinent ad ipsam divinitatem in se;
- (b) ea quae pertinent ad mysteria procedentia a Deo et quae in Ipso habent causas et rationes.

Et ex his duobus immediate revelatis nos deducimus conclusiones tamquam ex principiis simpliciter primis.

His distinctionibus factis, patet responsio ad objectionem:

- (i) Theologia viatorum et scientia beata non habent eadem principia et conclusiones: principia enim nostra complectuntur etiam ea quae in scientia beata se habent tamquam conclusiones, quorum scilicet ^{beatus} evidenter videt rationes et causas intra Deum. Unde, quae apud nos conclusiones sunt, non sunt conclusiones in scientia beata.
- (ii) Etiam in beatis, scientia qua deducuntur consequentiae extra Verbum ex iis quae intra Verbum evidenter cognoscuntur, formaliter theologia est, ita ut "Illas conclusiones, quas theologia nostra hic deducit, et tamquam virtualiter revelata cognoscit, etiam scientia beata non immediate videt: sed illative deducuntur ibi a theologia." (J. a S. Th., n. 8)
- (iii) Unde, si scientia beata et theologia nostra differunt tamquam subalternans et subalternata, et contra, theologia beatorum et theologia nostra seu viatorum aequae formaliter theologia sunt subalternata scientiae beatae. Differunt ergo in hoc tantum quod in theologia beatorum deducuntur conclusiones illative cum evidentia principiorum a scientia beata visorum; in theologia viatorum sine evidentia.

- (7) Adhuc fieri posset instantia: Nam dicit J. a S. Thoma quod multo melius salvari potest subalternatio, etiam respectu ejusdem subiecti, cum inveniatur idem subjectum cognosci obscure per fidem, et evidenter per visionem. Videtur ergo dicere subalternationem, saltem quantum ad hoc, tantum salvari in theologia viatorum, in beatis enim fides non est.

Respondetur: Talis conclusio manifeste contradicit iis quae J. a S. Thoma intendit probare. Dicebat enim supra quod S. Thomas "ponit dependentiam theologiae nostrae a Deo, non in eo solum quod scientia Dei revelat nobis principia fidei ex quibus conclusiones deducimus: sed in eo quod principia theologiae sunt nota lumine scientiae Dei et beatorum: ubi notificationem seu manifestationem horum principiorum, non autem revelationem eorum per fidem, reducit Div. Thomas ad scientiam superiorem." (n. 5)

Et ideo non intendit probare subalternationem salvari ratione fidei, sed formaliter ratione dependentiae luminis scientiae inferioris a lumine scientiae superioris ad manifestandas proprias conclusiones.

Duplex enim invenitur lumen tam in theologia beatorum quam in theologia viatorum. In viatoribus, unum est lumen inferius fidei sine evidentia principiorum, aliud est lumen illativum proprium scientiae in quantum consequentias deducit. Et dicitur theologia nostra subalternari formaliter ratione dependentiae hujus luminis illativi a lumine, non fidei, sed scientiae superioris ubi principia visa sunt. Sed etiam in beatis, in quantum multa per consequentias deducunt extra Verbum, adest duplex lumen: lumen simplex visionis et scientiae beatae in quo videt cum evidentia principia ex quibus consequentias deducit, et lumen proprium et creatum theologiae ejus quo deducit consequentias extra Verbum ex visis intra Verbum. Et dicitur theologia ejus subalternata ratione dependentiae hujus luminis a lumine scientiae ejus beatae. Et ideo simul scientia beata et theologia formalis in eodem intellectu stare possunt.

Quia theologia est scientia, scientia autem sit
cognitio certa per causas seu ex principiis certis,
in capite totius tractatus oportet nobis ostendere
quoniam sit certitudo principiorum scientiae secundum
revelationem.

Principia autem theol. sunt res creditae per fidem
supernaturalem ex qua propriam habent certitudinem.
Sed quia "Omnis scriptura divinitus inspirata
utilis est ad docendum, etc..." , et quia oportet
nobis "exhortari et eos qui contradicunt arguere,
paratique simus reddere omni poscenti rationem"
ut dicit Apost., ad Tit. I 9,
quaeritur quomodo defenduntur principia
theologiae contra negantes.

- 1° Contra paganos
- 2° Contra iudeos
- 3° Contra haereticos.

C. Joa. a. I (p. 308)

n. 2 Ergo stultum esset demonstrationem tentare
eorum quae simul credenda sunt ut
supra ~~humanum~~ ~~intellectu~~ caput omnis intellectus
creati. Si enim demonstrari possunt, non
sunt fidei.

Hem D. Th. de Trin. II/1/5^m
Quoniam de Rationibus fidei, c. 2.
(Mand. T. III, 253)
c. 9. I 9 (non 3)

n. 3 In hoc numero duo praesertim notanda sunt:
(a) Sed in ipsa scriptura dictum est quod "generatio
mala et adultera..."
"Generatio mala et adultera" est generatio filiorum

Evae cui opponitur generatio maior divina.
dicitur adultera, quia habet principium adulterium
Evae. dicitur adulterium, quia Eva ab alio,
scil. a diabolo, seducta fuit, et procreandum
qua reductione filiorum iniquitatis mater futura
esset.

"Signum Jonae prophetae" dupliciter intelligendum est:
1^o de Christi resurrectione: et hoc est signum
praeteritum; et de doctrina prophetarum et grat.
2^o de B.M.V. quae in utero suo filium
redemptorem portavit. Unde, et haec
omnis hoc modo intelligitur, ipsa Mater
dei nostris praesens signum est
nostri temporis maxime accommodatum:
confirmatur ex hoc maiori manifestatione
eius, ut patet in definitione Imm. Concept.

(6) Ipsa divinitas Ecclesiae magis magisque manifestatur
in conservatione sua per tot pericula, et
magis et puritas doctrinae conservata et
magis magisque definita in hoc tempore
quo omnis scientia humana corrupta est.
Quibus non obstantibus, fideles firmius credunt.
Ex quo iterum manifestatur summa dei misericordia.
Tempore D. Th. et patet magna fuit auctoritas
philosophorum, ut Arist. et Plat. Sed nostris
temporibus repuntur. Unde non est simile.
Sed loco horum alia habemus, magis divina.

9
n. 4 : Secunda via ad persuasionem & disputationem,
per seipsum ^{capitulum} sapientes & majores inter gentes,
quia duces simpliciorum.

Etiam minus, persuasione utendum suscitando
timorem initium sapientiae, et figuris, et
promissionibus.

n. 5 : 3 x mod. probandi excellentiam fidei contra paganos:

1° via reparationis, ostendens non esse impossibile
quod praedicat fides.

2° ratione positionis : Excellentia doctrinae : mirabilis.
omnia habemus. Aliae doctrinae ad
nihil nisi veritatem conducunt.

3° similitudines et exempla. Ipsa scriptura
sic procedit. Ratio : quia res significatur
secundum. Sed quia causas & effectus, capere potest.

n. 6 & 7 : Circa primum medium.

Difficillimum nobis tempus, quia nulla
res habemus communia nisi miracula. Cum
aliis philosophis, * nec prima principia.
Ex quo conel. non ad ineffic. doctrinae.
Hic loquimur de modis ~~difficili~~ probandi & ell.

n. 8 : Circa secundum

duplex genus.

1° quae naturali etne de deo demonst.

2° miracula, impletio prophetiarum, testimonia
martyrum, et similia.